

CONSELLO DA CULTURA GALEGA
GALLAECIAE MONUMENTA HISTORICA

1347, xaneiro, 27 sábado. Lugo

494

O bispo de Lugo anexiona a igrexa de Santalla de Mazoi á xudicatura lucense.

MADRID, *AHN, Cód. 1042 B*, fol. 84r.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti qui a fidelibus colitur ac etiam adoratur. Nos Iohannis Dei et apostolice sedis gratia, lucensis episcopus, una cum venerabilibus et discretis viris donno Didaco Fernando, decano, ac universo eiusdem lucensis ecclesie capitulo, attendentes pauperitatem et tenuitatem dignitatis iudicatus \in/ ecclesie lucensis cum eius iudex ut fertur conitur magna fulget et dignitate licet paucos habet redditus ad dignitatis huiusmodi pertinentes cum tamen obtemptu huismodo dignitatis habeat magnus sumptus iadicto huiusmodi dignitati iudicatus adneptimus ecclesias Sancte Eulalie de Mazoe qui est sita in capto lucensis in amistracione mensis september predictam auctoritatem ecclesiam cum iuribus agnetimus seu etiam unimus. Ita tamen qui in ea divinus cultus seu divina officia non fraudulentur. Reservantes etiam in eadem ecclesia ius episcopale tam legis diocesane qua iuridicionis qua subsidii prestandi si necessitas exigeret et procuraciones et visitaciones et quocumque sit aliud ius qui ad episcopum et ad capitulum spretare debeat consuetudine vel de iure hoc autem dicti iudicatu et iudicibus qui in eodem iudicatu fuerint pro tempore concedentes qui fructus redditus et proventus ipsius ecclesie in utilitatem ipsius et preffate dignitatis de cetero convertantur.

Actum fuit hoc in choro ecclesie lucensis die sabbati, XX^a VI die mensis ianuarii, era millesima CCC LXXX^a quinta.

Presentibus: venerabilibus et discretis viris donnis Didaco Fernando, decano; Fernando de Deo, cantore; Aria Pelagii, archidiacono de Deçon; Velasco Roderici, Fernando Alffonso, Alffonso Iohanne, Didaci, canonicis; Iohanne Fernandi, Didaco Gomecii, portionariis, et pluribus aliis.